



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. iii. Distributio officioru[m] ex politica constitutione veteru[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

rem debitum nō referre. Quod tamen ratio ex honestis causis admittit/nō est simpliciter alienū. Si modesta forte iocunditas vel vtilitas subest/& nemini noceat: hoc etenim non aduersa ē officio/vel nature. Sin autem impugnet alterutrū. statim est & simpliciter alienū & vsq; quaq; non licet. Huius itaq; contrectatio semper est aut erroris/aut criminis.

¶ Distributio officiorū ex politica p̄stitutiōe veterū. Cplm. iiii.

Contra perdē  
res tempus.

**D**ilosophi gentiū iusticiam que politica dicitur preceptis et morib; informātes: cui; merito respublica hominū subsistit & viget: vnūquemq; suis rebus/ & studiis voluerūt esse p̄tentū. vrbānis & suburbanis. colonis quoq; et rusticis/sua singul; loca et studia prescribētes. Sollicitudo singulorū et omnium vtilitati publice seruiebat. Nature laboris & industrie fructum vnusquisq; recipiebat ex merito. Nemo quod esset alteri; vsurpabat. manēte in omnib; indiuiduo caritatis affectu. Prim; quidem et medi; vrbis locis arriopago cessit. vnde ad singulas professiones prout ratio cuiusq; officii exigebat dispositiōe cōgrua institutas/officiorū iura quasi qdā salutis & vite riuiuli diriuarētur. Porro in his venādi ars vel officium vix permittit; accedere ad suburbanos/ cū venatores aut agricole/ ceteriq; incole rurū ab vrbib; nobiliorūq; cetu longius arceatur. Omīno enim iniquum est nobiliora ingenia studiis debonestari minorib;: et eos apud quos et ardua & grauiora manēt officia/ voluptatis/ aut vanitatis occupationib; agitari. vnde si licenter exerceat venatio artificii vel officii. Si cōtra/ leuitatē eā esse aut maleficiū censuerūt edicto puniētes eos qui eam contra officii vsurparent.

Curie nomen  
est apud athenienses.

Venatores et  
agricole nec in  
vrbē nec in ce-  
tu nobilium lo-  
cum habēt.

Quā venatio  
sit officium vel  
maleficiū.

¶ De venatica auctoritatib; et speciebus eius et exercicio licito & illicito.

Capitulum quartum.

Thebani venationē oībus  
ediciendā statu-  
erūt.  
Vtilitas the-  
banorū et ma-  
licia.

**T** primi quidē thebani si fidē sequamur hystorie/ eā scz venationē cōmunicādā omnibus statuerūt. Et ex quo suspecta omnib; sit gens feda parricidiis incestibus detestāda/ insignis fraude nota piuriis. huius artificii vel potius maleficii in primis precepta cōgessit que post modū ad gentem mollē imbellēq; leuē & impudicam frigios loquor transmitteret. Riserūt eos atheniēses/ & lacedemoniū populi grauiores hystoriarū gesta nature morūq; mysteria: variis figmētōnū inuolucris obtexētes: sic tamen vt ex cautela malorum/vtilitatē inducerēt; aut ex lepore poemat; voluptatem. In auras itaq; raptum tradunt ab aquila dardaniū venatorē ad po-

X